ΠΑΡΑΤΙΤΛΑ

Ad titulum Codicis lib. X.

DE FIDE ET JURE HASTÆ FISCALIS, ET DE ADJECTIONIBUS.

Iuſſu & autoritate

MAGNIFICI AMPLISSIMIQUE JCtorum Ordinis in Academiâ Argentinenſi,

Loco Diſputationis Inauguralis

PRO CONSEQUENDIS LEGITIME AC more majorum Privilegiis & honoribus Doctorum utriuſq; juris.

Publico eruditorum examini ſubjecta

à

JOHAN-OTTONE TABORE,
Budeſino Luſato Ph. M.

Hab. Menſe Octobri, die

(:)

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGENTORATI,
Typis Heredum PAULI LEDERTZ.

M. DC. XXXI.

PROOEMIVM.

IN Conſilio quodam, de ratione diſcendi juris, quod Hartmanno Piſtori adſcribitur, opportunè inter alia & hoc monetur: circumſpectum eſſe debere ſtudioſum, ne (quod vulgò fieri ſolet) poſteriores tres Codicis libros omittat, ſed in illis quoq; excutiendis nonnullum operæ pretium quærat. Etenim præterquam quod JCtum oportet omnibus juris partibus velut abſolvi; multa etiam libri illi continent utilia, quibus in rebus cùm publicis tùm privatis vix poſſumus carere: quin vel tantò excitatius ſtudium ad evolutionem eorum librorum adferendum fuerit, quantò ob antiquitatem & verba ignotiora, obſcuriores ſimul ſunt & ignotiores. *C. I. A. de vacat. mun. th. 7.* unde in illorum explicatione gloſſam plerisq; locis erraſſe, dixit Paulus de Peruſio *ap. Luc. de Penna in præfat. comm. ad dd. libb. conf. Br. ibid. W. Schmuc. in præfat. ſynopſ. Iur. ad Lectorem & in Oecon lib. 10.* Quamobrem, cum mihi hoc tempore publicè aliquid proponendũ eſſet; ea verò, quæ in adverſariis adfecta ultimam jam manum expectabant, (gratiora fortè & patronis meis oculiferia & panegyricæ huic paleſtræ gymnaſmata) curæ è tranverſo immiſſæ nõ tàm deprecarentur, quàm faſtidirent, & averſarentur: deniq; nauſeabundum animum in diverticulum hoc & ad enucleandum aliquem è *dd. libb.* titulũ impuli. Id quod dùm in præfato ταχυμερῶς & quaſi per indicem conor: Jesum Christum ſummum Deum & Servatorem noſtrum, pro felici ſucceſſu, calidis veneror ſuſpiriis.

I.

Poſt generalem *tit.* (1) de jure Fiſci, quod in bonis vacantibus, damnatorum &c. obtinet; conſequenter exponitur, de jure, quo Fiſcus utitur, in conveniendis debitoribus ſuis. *tit.* (2) quorum bona, ſi debitam quantitatem non inferant, ſubhaſtare, eademq; plus licitantibus poteſt addicere. *Ioh. de Platea in Contin. Weſenb.* Continuatio.

 & Giſan.

& Giſan. in Oeconom. hic.paulò aliter Pacius in Iſagog. ibid. Quantum autem ſit jus, quantaq; fides & vis. *Cujac. ad l.4.h.* ejusmodi venditionis per ſolennes auctiones ſub haſtâ peractæ, oſtendit uberiùs
Q. hic titulus. *Idem Cujac. ad rubricã,h.* quam rectè è Cod. Theod. reſtituit hoc modo, de fide & jure haſtæ fiſcalis: contrà quàm olim legebatur: de fide inſtrumentorum & jure &c. *propter l.3.h. vel propter*
Q. *l. ult. tit. præcedentis, uti Bl. ſcribit in contin.* rectius etiam alterâ parte, de adjectionibus vel auctionibus, quàm de addictionibus *arg. l. 4. ſ. 7. h.*

II.

Explicatio verborum. Cæterùm fiſcalis haſta metonymicè hoc loco ſumitur, pro ipſa fiſcali auctione & venditione *l. 4. ibi. in fiſcalibus auctionibus & haſtis & t.t.h.* cujus ſignum erat haſta in foro poſita. *Cujac. ad rubr. h.* Haſtæ namq; uſus Romanis non militiæ tantùm; ſed & domi perquam erat familiaris. *v. Cœl. Rhodigin. lib. 21. c. 16. & 17. Dempſter. ſ. antiq. 37.* in honorem & ad exemplum Romuli (ut nonnemo opinatur) qui, quod haſtâ (quæ Sabinâ voce ἀπὸ τῦ χείρειν, curis ſeu quiris dicebatur) frequenter uteretur, Quirinus appellatus fuit. *Feſtus in voce curis.* Quomodo & in forum tranſlata ac cum auctio eſſet inſtituenda, in medio ejus erecta fuit; hoc fine, ut intelligeretur, populum veluti datâ fide publicâ evictionem earum venditionum, belli armorumq; periculo, in ſe recipere. *Hotom. Conſil. 23. n. 1. v. Lexicogr. in voce haſta.* Vnde ſub haſtâ diſtrahere, eſt, eo loco, ubi de more res publicè venum exponuntur & plus licitantibus addici ſolent, aliquid divendere. *Graviſſ. IC. Ilico Vmmius, Dominus & amicus meus ſingulariter colendus diſp. 23. de proceſſ. n. 23.*

III.

Definitio rei. Deſcribi poteſt, hoc pacto ſumta, fiſcalis haſta, quod ſit bonorum caducorum, commiſſorum, vel obligatorum fiſco (*Cujac. in rubr. h.*) à procuratore Cæſaris ritè ſolemniterq; facta venditio, ex quâ emtores pleniſſimam ſecuritatem conſequantur.

IV.

Quis vendere res fiſcales poſſit? Nam (1) (quod ad cauſam efficientem attinet) venditio iſta peragi debet, fiſco autore *l. ſ. h.* proſcribente ac diſtrahente fiſco. *l. 6. h.* id eſt procuratore Cæſaris *v. Cujac. ad rubr. tit. 1. in f. M. Anton. Peregrin. lib. 6. de I. F. tit. 4. n. 15. l. ult. de I. F. l. ſ. & 12. pr. eod. l. 1. h. l. 4.*

h. l. 4. ibi vendente procuratore Cæſaris ſup. Vbi cauſæ fiſcales. cujus fides & diligentia hîc maximè exigitur *l. 3. §. 5. d. I. F.* Ita tamen ut conſenſus Principis adſit, cum res aliqua Cæſaris diſtrahenda eſt. *l. 1. §. 1. de Off. procur. Cæſar. v. Hillig. 5. D. E. 3. lit. D.* maximè ſi ſit res Principis privata ſeu in formam patrimonii ejus redacta. *l. 39. in f. de Legat. 1.* ubi juſſus ſpecialis & epiſtalma Principis requiritur, *uti loquitur Imper. in l. 3. med. ſup. de quadr. præſcript.* quod non æq; requiri videtur in venditione bonorum fiſco obligatorum, *per jura ab initio adducta, poſt Br. & Bl. Peregr. d. lo. n. 2. ubi hoc jure nos uti teſtatur.* Vtiq; ſi ob ceſſationem collationum vel reliqua tributorum prædia vendenda ſint, id ab exactoribus permiſſu & autoritate præſidis fieri debet. *l. 2. ſup. ſi propt. publ. penſit. l. 1. ſup. de præſcript. 30. ann. conf. l. 1. ſup. de Suſceptor. & l. ult. de annonis. Diſſ. Cujac. ad d. l. 1. ſup. de præſcript. 30. ann.* Q.

V.

Quin & aliis, præter procuratorem Cæſaris, jus diſtrahendi res fiſci datum eſſe poteſt. *ut oſtendit d. l. 5. §. 1. de I. F.* ex quo forſan intelligere licebit, quid ſibi velint verba *l. 1. h. ibi, auctore procuratore, vel eo cui vendendi fuit facultas:* cum veteres vectigalium conductores per ea verba exaudiant, vel etiam procuratorem, quē Cæſaris procurator ad vendendum ſubſtituerit. *Bl. l. 1. h. num. 4. & alij ib.* Q.

VI.

Emere porrò, diſtrahente fiſco, poſſunt omnes, quibuscunque aliàs commercii libertas & arbitrium eſt: adeò ut & ipſe comes rerum privatarum Auguſti & ſcholæ Palatinorum, & fiſci advocatus, ad emendum ex auctione fiſcali res aliquas, admiſſi ſint. Coſt. Zenonis *l. ult. h. (quæ tamen à veteribus prætermiſſa neq; commentariis illuſtrata fuit)* tametſi antea Arcad. Honor. & Theodoſ. disertè vetuerint *in l. ult. ſupra de reſcind. vendit.* ne Palatini veſtes, aurum, argentum aut mancipia, quæ à privatis Principis contigerit venundari, emere præſumant: ubi per privatos, antiqui Dd. intelligebant, ſubditos Imperii (quomodo nulla dd. Conſt. emergeret ἀντιλογία) ſed hoc reprobat Cujac. *9. O. 37. itemq; in recit. ad tit. C. de reſc. vendit. Panciroll. ad Notit. Imperii Orientalis c. 88.* & alii, qui Cujacium ſecuti *d. l. ult.* exaudiunt de caſu, quò furtim. *Vult. 1. Iuriſpr. 35. n. 81.* Quis emere? Q.

vel ſaltem citrà auctionem *Gothofr. ad d. l. ult.* venditio proceſſerit; quanquam & hæc ipſa interpretatio ſcrupulo non caret. Quocirca diſpiciendum erit, annon potius in rebus venditis quærenda Q. ſit differentia, ad expeditiorem dd. ll. compoſitioné: *conf. inf. th. 32.*

VII.

Iterùm: ut nemo aliàs ad emendum invitus compellitur. *l. 11. 13. 14. ſupra de contrah. emt. l. 16. ſuprà de jure delib.* ita nec quiſquam cogendus eſt, ut emat res ſub haſtâ fiſcali propoſitas, *arg. l. 9. §. 1. de publican. Peregrin. d. tit. 4. n. 44.*

VIII.

Quæ res veneant ſub hac haſta? Quod ad materiam: venduntur ſub haſtâ fiſcali non ſolum bona fiſco variis de cauſis *v. l. 1. de I. F. & ibi. C. I. A. th. 8. Peregrin. lib. 4. Pacium in epit. jur. diſp. de I. F. &c.* acquiſita, ſeu quæ in patrimonio fiſci ſunt. *l. 72. in ff. de contrah.* ſed & quæ eidem obligata ſunt (unde Diviſio hujus venditionis peti poterat) vel ex causà judicati *l. 1. h.* vel pro reliquis prodigorum (*i. e. annonæ* Q. *gl. 1. ad l. 5. h.* quæ in ſpeciebus veluti frumento', vino, oleo, pane, carne, ſale & eduliis ſeu cibariis aliis conſiſtebat; ceu tributa in corporib⁹, ut auro, argento, ære, equis, veſtibus *v. Cujac. ad l. 1. pr. inf. de annon. & tributis.* prodiga autem ſeu prodigia, aut prodigua *v. I. C. Buleng. tr. de vectigalibus cap. 9. p. 33.* dicta ſunt, quod intrà proximos dies prodigerentur, id eſt, conſumerentur; *Feſtus in voce prodi-* Q. *gere*, eadem græcis *τρώξιμα uti Gothofr. notat. è Cujac. ad l. 5. h.*) nec non reliquis fiſcalibus debitis (quæ, nunquid hoc loco tantùm accipienda ſunt, ex contractu vel delicto? an verò reliqua tributorum & vectigalium etiam venient? *ut in l. 6. & ult. pr. infrà. de exaction. tributor. &c? D.*)

IX.

Etenim debitores fiſci ex ſpeciali ejus privilegio abſq; ullà interpellatione aliâ, ſi non faciunt quod debent, ipſo jure ac ipſo facto in morâ ſunt *v. Peregr. lib. 6. tit. 7. n. 1.* & pro debito liquido executivè in ære & in perſona excuti poſſunt. *v. eund. ib. n. 5. & tit. 4. n. 3. & 7. R. Marant. part. 6. de Ordin. judic. de citat. n. 6. & de execution. ſentent. n. 12.* Cum enim omnes fortunas noſtras, corpus etiam & vitam Reip. cui nati ſumus, debeamus, bono autem publico pecunia fiſco comparetur: æquum utique eſt, ut debitores fiſci jure pignoris ad ſolvendum cogantur, quò ea, quæ ad publicam

eam cauſam reditura ſunt, omni ratione quantocyùs diſſolvantur *Obrecht. diſp. de pignor. th. 112.* Quamobrem & minorum bona pro debitis fiſcalibus poſſunt diſtrahi *l. 5. h.* etiam prædia & alia, quæ ſine decreto alienari cæteroquin haud poſſunt *l. ult. ſup. ſi adv. fiſcū.* ita ut in hac venditione decreto opus non ſit. C.I. .*A. de rebus eorum qui th. 7. n.* 111. 1.

X.

Et quia fiſcus ſemper habet jus pignoris *l. 46. §. 3. de I. F.* & hypothecam generalem in omnibus debitorum bonis *l. ult. ſup. Vectigal. nova inſtitui non poſſe. l. 1. 2. 4. ſup. in quibus cauſ. pign.* Ideò ejus arbitrio relictum eſt, quam rem è bonis debitorum eligere velit (prout in cœteris etiam creditoribus, qui generalem hypothecam habent, ſervatur. *l. 8. de diſtract. pign. Hartm. Piſtor. quæſt. 12. n. 7. verſ. ideoq; creditoris arbitrio*) etiam majoris, quam creditum eſt, pretii, ſi è viliori debitum commodè conſequi non poſſit. *arg. l. 6. ſup. de diſtr. pign. ubi gl. Zaſ. in l. 15. §. 2. n. 11. de R. I.* Q.

XI.

Singulare verò & hoc eſt, quod fiſcus rem, cujus vel minima portio ad ipſum pertinet, totam vendere poteſt: ita tamen ut non integrum pretium, ſed partem duntaxat competentem retineat, reliquum vero dominis partium cedat. *l. 2. ſup. de comm. rer. al. l. un. ſeq. tit.* Quod ibidem Dd. ampliant, ut procedat (1) eo quoq; caſu, cum alter proprietatem, fiſcus vero tantum jus hypothecæ in re habet, ſi præſertim illi in aliis bonis debitoris conſuli non poſſit. Q. *Peregr. d. tit. 4. n. 23.* non autem ſi Vſumfr. tantum habeat: ut ſcil. ratione uſusfructus ſui, nequeat vendere proprietatem: *Ita concludit. Bl. in d. l. 2. n. 4. de comm. rer. al.* (2) in re obligata fiſco & alteri privato, juxta diſpoſitionem *l. 22. §. 1. de I. F. C. I. A. de I. F. th. 34. n. 7.* (3) in re fideï commiſſo ſubjectâ, *juxta l. 48. inf. eod. conf. itid. Peregr. d. lo. n. 26. & 43.* (4) in re dividuâ, quæ tamen majori cum utilitate & commodo tota vendi poſſit. *arg. d. l. 2. & 52. inf. famil. erciſc. v. P. Duen. reg. 375.*

XII.

Cæterùm regulariter vendi non poſſunt (1) actores bonorum fiſco vindicatorum; qui ſi diſtrahantur, irrita fit venditio *l. 8. de I. F.* & ſi manumiſſi fuerint, revocantur ad ſervitutem *l. 30. eod.* Quæ non:

quin

quin ut maximè debitorum fiſci bona procuratores, tanquam ex mandato generali, diſtrahere poſſint; tamen actores eorum bonorum inconſultis Principibus diſtrahere etiam prohibentur. *l. 46. §. 7. d. t.* nimirum quia iſti homines, tanquam periti rationum tractandarum fiſco uſui eſſe poſſunt. *Cujac. in recit. ad d. l. 8. conf. l. 7. & 15. inf. de agric. & cenſit.* (2) Res Principis privatæ *d. l. 39. in f. de Legat. 1.* ſine ſpeciali Principis juſſu. *d. l. 39.* & epiſtalmate *d. l. 3. C. de quadr. præſcript.* cum diſtrahi non ſoleant. *d l. 39. f. Pacius in Iſagog. lib. 11. Cod. tit. 61. n. 3.* ſecus quam res fiſcales, quarum propriè commercium eſt *l. 72. f. de Contrah. emt. Cujac. in parat. Cod. de Offic. Comit. rer. priv.* tametſi ad earum quoq; venditionem Principis conſenſum & ſcientiam requiri, cum Dd. ſtatuerim *ſup. th. 4.* (3) Generaliter etiam prohibuerunt Impp. ne à procuratore diſtraheretur res quæ in controverſiâ eſſet *d. l. 22. pr. de I. F.* quô ipsô innuere videntur, in iſtâ quoq; auctione, ut effectum ſuum obtineat, requiri terminos habiles, uti loqui ſolemus, hoc eſt, ut talis res ſub haſtâ ponatur, cujus jure commercium ſit. *de quib. C. I. A. de contrah. empt. th. 71. & ſeqq.*

XIII.

Ratio inſtituendæ & peragédæ ſubhaſtationis.

Quo ad formam: Multa exiguntur inquit Cujac. *ad l. 6. h.* in auctione fiſcali: Auctoritas procuratoris (*de qua ſup. th. 4.*) proſcriptio, haſta, præco, quæſtor & addictio, quæ fiat juſto pretio. Plura etiam gl. & Dd. *in l. 1. h.* (pauciora alii, veluti Sichard. *ad l. 1. ſup. ſi propter penſit publ.*) comminiſcuntur: quæ ita fortè digeri poterunt; quod quædam ante ſubhaſtationem faciendam requirantur, nonnulla in ipsâ ſubhaſtatione veniant attendenda. Antequam venditio ſuſcipiatur, requirunt Dd. (1) ut revera debitum, quo fiſco quis teneatur, ſubſit *per l. ult. d. tit. ſi propter publ. penſit. l. 7. §. 3. & 14. Quib. ex cauſ. in poſſeſ. eat. Peregr. d. tit. 4. n. 4.* neque tamen intereſſe, ajunt, quale ſit debitum, dummodò actio vel officium judicis ad illud conſequendum competat. *Bl. ad. l. 1. h. n. 16. v. inf. th. 27.*

XIV.

(2) Requirunt, ut debitor coram Præſide (ita colligunt *ex l. 2. & ult. d. tit. ſi propter publ. penſit.* contrà quàm Donellus *7. com. 9.* cauſarum quovis modo ad fiſcum pertinentium, *Weſenb. in*

comment

comment. ad tit. C. ubi cauſ. fiſcal. n. 2. notionem, non eſſe Præſidi aut Procos. attribuendam, oſtendit. *id. Weſenb. parat. de Offic. procur. Cæſar. in f. adhibe ſup. th. 4. f.)* interpellatus de ſolutione, ceſſaverit. *Bl. d. lo.* De tempore ceſſationis hujus inter ipſos non convenit, nonnullis biennium conſtituentibus, *poſt Azon. Sichard. d. lo.* aliis illicò rem vendi poſſe putantibus. *v. Sichard. d. lo.* aliis deniq; rem totam judicis arbitrio committentibus. *Cyn. d. tit. Br. l. 4. n. 1. 2. & 5. h.* Ego cum Joh. de Plateâ, Marantâ & aliis *citatis a Gail. 1. O. 20. n. 6.* cenſeo ſufficere præceptum deſolvendo *arg. l. 18. ſup. de Appell. ibi, cum juſſi fuerint*: ubi ſi dilationem petant debitores, juxtà diſpoſitionem *l. 45. §. 10. de I. F.* in majoribus ſummis tres menſes, in minoribus duos prorogari poſſe dico, prolixioris temporis ſpatium ab Imperatore poſtulandum eſſe. *v. Peregr. d. lib. 6. tit. 7. n. 13.* ſi verò omiſsâ dilationis petitione, vel poſt terminum prorogationis elapſum, etiamnùm moras ſtruant, ſine ulteriori comperendinatione ad executionem & ſubhaſtationem progrediendum eſſe arbitror, *v. iterùm Peregr. d. lib. 6. tit. 4. n. 4. ubi uſum fori adjungit, facit. d. l. 18. ubi poſt juſſum ſtatim ſequitur executio*: itemq; quod ita comm. in aliis etiam præceptis executivis ferè ſolet procedi. *v. Coler. parte. 1. de proceſſ. execut. c. 2. n. 9. & parte. 3. c. 7. & cap. 8. n. 11.*

X V.

Sed hæc duo requiſita tantùm venditionem rerum fiſci debitorum concernunt: Tertium commune eſt quarumlibet rerum fiſcalium venditionibus, *proſcriptio ſcil.* cujus *in l. 6. h.* fit mentio: ubi non ipſa venditio intelligenda eſt, *cum L. de Pennâ v. l. 15. §. 32. ibi proſcripſerit venditurus. De injur.* multò minus cum eod. de proſcriptione damnatorum cogitandum eſt: cum proſcribere hîc nihil aliud ſit, quam per ſcripturâ aliquid venale proponere & publicare, *ut Spigel. explicat in Lexic.* vel *ut Cujac. h.* de futurâ auctione in celeberrimis urbis locis libellos proponere: quod veteribus uſitatum fuiſſe docet *Briſſon. 3. ſelect. 8.* ut tantò plures ad futuram auctionem licitatores accederent: quanquam & hoc in uſu fuiſſe exploratum ſit, ut ad ædes diſtrahendas affigerentur tabulæ & libelli, quibus ea licere & venalia eſſe ſignificaretur. *v. Ravard. pro trib. cap. 3. ſub. f.* Hodiè vel iiſdem modis res geritur, der Verkauff wird durch einen offentlichen Anſchlag publiciret / vel inſtituitur

Nec non ſolemnitates.

Q.

præconizatio, *de quâ Coler. d. part. 1. cap. 10. n. 220. Munoz. de Eſcab. cap. 16. de ratiocin. n. 19.* Formulam ſubhaſtationis publicandæ, vel præconis voce, vel edicto, recenſet *Br. in l. 9. de publican. n. 2.*

XVI.

Ipſa jam ſubhaſtatio ita ordinanda eſt, ut (4) inſtituatur auctio voce præconis, ſub haſtâ & annotatione quæſtoris. *Cujac. in recit. ad l. 1. ſup. ſi propt. publ. penſit. conf. Marq. Freher. 2. parerg. 20.* Auctio autem intelligitur ipſius pretii, quo reſpectu & adjectio (cujus in altera rubricæ parte fit mentio) nuncupatur; cum nimirum ad pretium ab uno licitante oblatum, alter aliquid adjicit, atq; ita pretium auget, & meliorem conditionem offert. *l. 1. 2. & paſſim. De in diem addict.* quo ſenſu deſcribitur, promiſſio ejus, qui majus pretium offert, *à Cujac. ad l. 1. infra de vend. reb. civit. ex quo Gothof. ib. lit. e.* (Tranſalpini ad incantum offerre vocant, ab Italico incantare, quod auctionari illis ſonat; vel ab incanto, id eſt, loco, in quo auctiones fiunt) Hinc vocabulum adjectionis & auctionis promiſcuè ferè uſurpatur, *uti ex collatione l. 16. inf. de omni agro deſerto. & l. 2. inf. de Locat. præd. Civil. vel fiſcal. item q; l. 4. h. cum l. 4. inf. de diverſ. præd. urban. &c. apparet.*

XVII.

Porrò (5) ſubhaſtatio non momento aut uno actu peragenda eſt; ſed tractum temporis deſiderat, uti illo ſpacio emptores poſſint licitari & auctionari, & tandem meliorem h. e. fiſco utiliſſimam conditionem *v. l. 4. § 6. de in diem. addict. & ibi C. I. A. ib. 8. & ſeqq.* offerenti res addicatur *Conf. Coler. 1. de proceſſ. cap. 9. n. 99. 105. & 108.* Id quod tempus communiter 20. diebus definiunt *arg. ducto ab Eccleſia, ex Auth. hoc jus porrectum C. de S. S. Eccleſ. Weſ. nb. in parat. de in diem addiction. n. 1.* (*ubi in nonnullis editionibus vitioſe 30. dies leguntur*) cum Lex. 4. *h. & l. 21. inf. ad Municip. &c.* innuere videantur, certum tempus fiſcalibus auctionibus in genere præſtitutum fuiſſe. Quod admitto, cum addictio purè facta eſt à fiſco, ut tum definitione procuratoris ceſſante, recurratur ad ſimilem legis determinationem: adeóque ſi intrà vigeſimum diem quis veniat, qui meliorem conditionem offerat, audiatur. *d. l. 4. h.* (aliter atq; in privatis addictionibus, *Cujac. ad l. ſi in emtione de Minor, v. C. I. A. de in diem addict. ib. 5.* & civitatum, quæ propriam L.

non

non habent *l.1.inf.de vendend.reb.civit.*) interim non puto denegandam eſſe procuratori Cæſaris facultatem addictionem in diem ulteriorem, *Br. ad l. 4 h.* ſub conditione tàm reſolutivâ quàm ſuſpenſivâ ſeu conſtitutiva, (*ut IC. l.2.d.t. de in diem addict. diſtinguit;*) faciendi: *Diſſ. vr. ipſe Br. ad l.9. de publican: n. 3.* Q.

XVIII.

Sive autem purè ſive in diem facta ſit addictio, neceſſarium & hic eſſe puto, ut meliore conditione allatâ prior emtor reddatur certior, quò ſi quid alius adjicit, ipſe quoque adjicere poſſit, *juxtà l 8. d. t. de in diem addict.* quod etiam tùm adhuc exigo, cùm maximè ſubhaſtationi clauſula illa annexa fuit, *& tradetur plus offerenti*, (quâ alioquin effici Dd. ajunt, ut ſecundo emtori plus offeréti præcisè res ſubhaſtata tradenda ſit, ita ut prior emtor certiorandus non ſit, multò minus admittendus ad denuò licitandum. *Br. l.4.h. n.4. Ioh. Bapt. Aſin. de execut. §. 6. c. 1. n. 24.*) adeóq; ſi primus emtor majus vel ſaltem æquale pretium in repetitâ ſubhaſtatione offerat, meritò illi rem tribuendam eſſe ſtatuo, *cum Bl. in l. ult ſup de teſtam. manum. n. ult. verſ. ſed ſi unus fuiſſet anterior, ubi rationem habet. Fabian. de monte. tr. de Emt. Vend quaſt. 5. pr. n. 59.* neque hoc reſtringendum duco ad caſum, quo ſecundus idem tantùm quod primus, non majus pretium offert: quaſi tùm, ubi ſecundus majus pretium offert, primus audiendus non ſit, ſi tantundem offerre velit; ſed longè majus offerre & ſecundum vincere teneatur: quæ traditio magnorum autorum eſt. *Et hæc tria requiſita ad ſolennitatem ſubhaſtationis propriè referenda videntur. arg. l. 2. ibi. ſolenniter ſup. ſi propter publ. penſit.* Q. Q.

XIX.

(6) In emtore hoc deſideratur, ut inſtructus veniat præſenti pecuniâ *l. 5. ibi pretium eorum neceſſario ſolvere debes. ubi Gothof. ſup. Vbi cauſa fiſcal. l. 5. in f. ibi pretio tamen ſoluto. de I. F. l. 3. h. Peregr. d. lo. c. 4. n. 9.* Idq; itidem ſpeciale eſt in cauſa fiſci, cum aliàs generalis adminiſtrator poſſit fidem habere de pretio. *Bl. ad l. 3. n. 2. h. arg. l. 5. §. 14. de Inſtitor. act* Quod non tàm ſtrictè acceperim, quaſi nullo caſu procurator Cæſaris fidem de pretio habere poſſit, locupleti etiam fideiq; perſpectæ emtori. Quid enim ſi cariùs propterea res vendi poteſt, quod pecunia demum condicto tempore ex- Et requiſita alia. Q.

 ſol-

ſolvenda eſt, eamq; dilationem fiſci negotia admittant? (quanquam non ignoro quod dicitur: præferendum eum eſſe, qui minus pretium præſenti pecunia offert. *Aſin. de execut.* §. 6. *c.* 4 *n.* 2. *l.* 4. §. *ult. de in diem addict. Don.* 16. *com.* 28. niſi ſcilicet calidus aliquis, at certus licitator longè majus pretium in diem offerat) Quid ſi planè talem non inveniat, qui præſenti ſit pecuniâ inſtructus? Maximè cum fiſcus ſemper privilegio prælationis tutus ſit? nec dominium rei venditæ (*ut aliàs l.* 19. §. 3. *de Contrah. Emt.*) hoc caſu tranſeat, fide habitâ de pretio, nondum autem ſoluto *d. l. ſ. inf. de. l. F. Cujac.* 9 *O.* 37. imò cum nec ἀπόδειγμα ſuum contractus accepiſſe cenſeatur, ſed penè res pro non venditâ habeatur. *arg. l.* 1. §. 2. *de Except. R. I. l.* 9. *ſ. de reſc. vend.*

XX.

Deniq; (7) Tota venditio ſincerâ fide *d. l.* 2. *ſup ſi propt publ. penſit.* confieri debet, & juſta pretia rebus conſtituenda ſunt *d l* 2. *& l.* 2. *h.* qualitate earum, nec non quantitate redituum legitimè æſtimatâ *l.* 3. §. 5. *de l. F.* Nec pro parvo debito vendenda eſt res magni valoris, quò debitores nimium quantum in rebus ſuis graventur. *l.* 16. *&* 2. *ſup. de reſcind. vend. Nov.* 4. *c.* 3. *in fin. pr. Peregr. d. l.* 1. 4. *num.* 6. cum viliorem diſtrahendo debitum ſuum æquè poſſit conſequi *v. ſup. th.* 10. nec inſolita pacta venditionibus inſerenda ſunt, quæ nonnullam fraudis ſuſpicionem inducant aut redoleant. *Peregr. n* 8. Atq; ut uno verbo dicam, omninò cavendum eſt, ne ſub nomine ſubhaſtationis publicæ locus fraudibus relinquatur. *d. l.* 16. *ſup. de reſcind. vendit.*

XXI.

Quæ, ubi videantur omittéda.

Verum enim verò; ſolemnitates iſtas & requiſita ſubhaſtationum, Doctores omitti poſſe tradunt (1) in alienatione rerum municipiorum *Bl. l.* 1. *h. n.* 15. *v. ſup. th.* 15. *& inf. th.* 32. *n.* 3. ſed hoc præter rem & intempeſtivè iſto loco monetur. (2) in alienatione annuorum fructuum alicujus rei fiſcalis; quod eorum venditio fieri queat ſub pacto addictionis in diem, adeóq; ſine ſubhaſtatione: etenim ſi requireretur ſubhaſtatio, pactum nihil operaretur, *inquit Bl d. lo. n.* 11. *ubi alias quoq; rationes habet*, Ego v. jam ſuprà Q. aſſerui, ſolennitatem ſubhaſtationum non tollere pacta addictionum: & quanquam me non fugit communis ſententia, quâ decium

c'ſum eſt, eſculenta atq; alia res, quarum pretium per hebdomadarios mercatus ſciri poteſt, abſque ſubhaſtatione poſſe alienari vel creditori addici *Bl. in l. 1. C ſi propt publ. penſit. n. 8. Damhoud. de ſubbaſtat c. 2. n. 7.* Tamen hoc idem non facilè ad venditiones fiſcales produxerim. (3) Omitti etiam poſſe ſtatuunt ſubhaſtationũ ſolennia, in diſtrahendis rebus mobilibus reliquis: dummodò ne tales ſint, ut ex iis fructus percipiantur. *Bl. d. lo. n. 16.* (*fortè quia tùm immobilibus comparantur. Gail. 2. Obſ. o. pr.*) aut niſi in eas cadat affectio, ut ſunt, gemmę, vaſa aurea & argentea &c. *Ioh. Bapt. A. n. de execut. §. 6. c. 22. ſ. verſ. ſi v. ſint tales res.* Ego malim indiſtinctè omnes res fiſcales ſubhaſtationum ſolennitatibus ſubjicere.

XXII.

Finis venditionis fiſcalis eſt, ut de pecuniâ paratâ fiſci neceſſitatibus conſulatur: *conſ. ſup. th. 7 ſ. l. 2. in f. inſ. de exaction. tribut.* ſolennitatum verò ut omnis fraus & malitia evitetur. *l. 1 .. h.* (*quemadmodum in aliis quoq; venditionibus, ſubhaſtationum ſolennitates prodita dicuntur ad effectum evitandi fraudes. Iacob. Puteus 2. deciſ. 252. n. 6. ſub f.*) itemque ut tantò plures ad emtionem rerum fiſcalium accedant (*Ceu in ſimili loquitur IC l. 7. §. 8. de minor.*) qui ſciant, ſubhaſtatione ſolenniter peractâ, ſe pleniſſimam ſecuritatem conſequi: *veluti mox dicetur.* Vel ut Donelli verbis iſta efferam: Intereſt Reipubl. poſſe fiſcum quàm commodiſſimè res ſuas vendere, ut de pecunia inde redactâ in publicum conſulatur: Nunquam autem fiſcus facilè emtores reperiet, niſi ſciant, ſe re acceptâ ſecuros fore quoniam cum tàm potente adverſario nemo libenter litigaturus eſſet. *ſ. comm. 3. conſ. Cujac. ad l. 6. h.*

Venditionis hujus cauſa finalis.

XXIII.

Auctione totâ juxtà præmiſſas ſolennitates abſolutâ, Emtio Venditio perpetuam firmitatem accipit. *l. ult ſup. ſi propter publ. penſit.* ita ut nulla ratione facilè convelli poſſit. *l. 8. ſup. de remiſſ. pign.* Non (1) per emtorem: Is n. (1) quod pretium ſemel obtulit, ſolvere tenetur, nec à placito recedere poteſt ideò, quod ſecunda ſubhaſtatio fuit ſubſecuta: *Ita loquuntur & ſentiunt Dd. pleriq; Br. in l. 9. de publican. Boër. deciſ. 248. Tuſcus. tom. 5. lit. O. Concluſ. 80. fin. & 81.* Quod de licitatione, quam ſecuta fuit addictio, vel ſaltem

Et effectus pleniſſimus,

Ratione cum emtoris,

tem cui aliquid aliud inſuper acceſſit, interpretor: Cæterùm ut ex nudâ licitatione quis ita obſtringatur, ut pœnitere non poſſit, vix mihi perſuadeo: maximè cum & Br. Ddm. ſententiam hoc modo temperet, ut pœnitere emptor poſſit. *d. lo. n. 4.* Tametſi non diffitear, etiam hoc temperamentum Bartoli præcipuis pragmaticorũ improbari. Ex eodem autem principio (quod licitatores ſuâ oblatione ſingulariter obligentur) porrò deducunt: quod nempè, ſi plures exiſtant licitatores, per ultimum priores liberentur. *Weſenb. in parat. de in diem addict. n. 1.* dummodò poſtremus iſte ſit idoneus & ſolvendo: Quod ſi non ſit idoneus, intereſſe ajunt, utrum ipſi res jam ſint addictæ, an non: Illo caſu priores licitatores liberatos pronunciant, nec cogi poſſe, ut eô pretiô, quod priùs obtulerunt, emant: altero, liberatos eſſe negant: *Poſt veteres ab Ar. Pinello ad l. 2. C. de Reſc. Vend. part. 2. c. 2. n. 28. & ſeqq. allegatos. Hering. de Fidejuſſ. cap. 6. n. 17. Moller. p. 1. Coſt. Saxon. 32. n. 8.* Aſt ego hanc quoq; doctinam declaratione indigere arbitror. Sed ad alia jam progrediendum eſt brevitatem profeſſo. Scilicet non poteſt emtor (2) rem emtam redhibere propter vitium aut morbũ, quandoquidem in fiſcalibus venditionibus Ædilitio Edicto locus non eſt: *l. 1. §. 3. De Ædilit. Edict.* Idque vel propter ipſam haſtæ fiſcalis auctoritatem, quam non facilè convellendam eſſe dixi; vel etiam, quia fiſcus vitia rerum à ſe venditarum ſcire adæq; non potuit, ſed quâ conditione fuerunt, eadem emendas propoſuit. *Donel. in tr. de Ædilit. Ed. c. 4. ubi nec actionem quanti minoris emtori competere, infert.* Hoc loco & illud forſan (3) non incongruè notari poteſt: quod, ſi emtori addicta fuerint prædia, quæ per colonum, cui fiſcus locaverat, excolantur; emtor, etſi nihil de hoc conveniſſet, non fructus, ſed penſionem ejus anni à colono conſequatur: Colonus verò fructus ipſe percipiat: Id quod itidem favore fiſci receptum eſt, ne quà hic colono teneatur, quod ei frui non licuerit. *l. ult. de l. F. Fr. Lucan. p. 1. de privil. Fiſci. n. 37.* cùm aliàs, qui à privato emit, non teneatur colono, cui fundum venditor locaverat. *l. 25. §. 1. Locati* niſi eâ L. emerit. *l. 9. ſup. Locati. Peregr. d. tit. 4. n. 33. & 40. C. I. A. de in diem addict. th. 6. n. 2. ubi v.* Iſtud etiam hîc (4) inſerere placet, quod emtores fiſcales non ſint immunes à præſtandis laudemiis, ſi quando inveſtituræ rerum emtarum obtinendæ ſint. *Peregrin. d. tit. 4. in f.*

Quam-

Quamvis enim DD. ferè communiter ſtatuant, laudemia ex alienatione neceſſariâ non deberi. *Hart. Piſt. 1. quæſt. 50. n. 52. ſ. v. A. Fab. 98. d. error. pragm. 3.* Eam tamen ſententiam ſubſiſtere non poſſe, præter alios ſolidè demonſtravit CL. Dn. Frantzkius. *Doctor quondam meus & amicus etiamnum colendiſſimus. tr. de Laudemiis c. 16. n. 6. & 408. facit conſtitutio Electoral. Saxon. declarator. inter MSS. 1.* Von der Lehnwahr/ *incip.* die Lehnwahr an örtern/ da ſie bißhero ꝛc. Q.

XXIV.

Nec (2) retractari poteſt venditio per fiſcum qui (1) contra pacta venire & rem quam vendidit evincere prohibetur. *l. 2. inf. Ne fiſcus rem quam v. ev.* etiam à ſucceſſoribus emtorum. *l. 1. inf. de fundis reiprivatæ.* etiam ſi fiſcus rem pignoris jure vendiderit & poſtea in jus alterius creditoris ſucceſſerit. *l. 1. verſ. ſi tamen fiſcus. ſup. Creditor. evict. pign. non deb.* graviſſimum enim eſſet contrà verecundiam admiſſum, ſi fiſcus ejus rei, quam ſemel alteri, accepto pretio tradidiſſet, controverſiam referret. *l. 1. d. t. Ne fiſcus rem quam v.* Quamobrem emtor non ſolum ab eâdem, quæ vendidit, ſtatione, ſecurus eſſe juſſus eſt: ſed & ab aliâ quacunque; cum, ſi quid controverſiæ de re incidat, officia inter ſe, emtore non inquietato, poſſint experiri. *d. l. 1. verſ. non ſolùm* Quod non tantùm de Cameris paribus intelligendum eſt; ſed & de eâ, quæ plus juris atque auctoritatis habet, quàm altera, quæ vendidit. *Peregr. d. lo n. 29. ubi tamen contrarium ſe vidiſſe practicari, refert.* (2) Amplius, adeò ſecurus eſt emptor contra fiſcum, ut ne quidem propter fiſcalia debita, quibus res emta onerata fuit, conveniri poſſit, *ex Conſt. Imp. Valentin. & Valent. in l. 6. h.* Sed quid dicemus de tributis? Quæ emptorem prædiorum, etiam à fiſco diſtractorum, ſpectare placuit. *l. 36. de I. F.* juxtà quod Impp. Antonin. & Verus reſcripſerunt *l. 7. de public. & vectigal.* In vectigalibus ipſa prædia, non perſonas conveniri: & ideò poſſeſſores etiam præteriti temporis vectigal ſolvere debere. Nunquid ergò hoc affirmabimus *cum Ioh. de Plateâ ad l. 5. h.* aut negabimus *cum Cujac. ad l. 6. h.* dicentes *d. l. 7.* de venditione privata loqui: Legem v. 36. abrogatam eſſe ab Imp. Valentiniano & Valente *in l. 1. C. Th. de fiſci debit.* An v. ea lex hoc non habet, nec ſi haberet plurimùm faceret? (*uti forſan exactiùs docebit*

Et venditis fiſci; Q. Q.

docebit Nobiliſſ. IC. Dominus Iac. Gothofredus Fautor & amicus meus ob-ſervandiſſ. in nova & jam dudum deſiderata Cod. illius editione) adeoq; ſatius fuerit Bartoli diſtinctionibus inhærere: ut cum fiſcus rem debitoris ob debitum tributorũ vendit, non teneatur emtor de tributis reliquis; cum verò ob debita alia, tum ad reliqua debita fiſcalia quidem non teneatur, ad debita verò tributorum utiq;? *Cum Peregrin. n. 28. & 45. ubi v.* Interim (3) illud quoq; ad ſecuritatem emtoris contrà fiſcum referemus, quod ille conveniri nequeat de pretio, ſi ex actis & rationibus fiſcalibus appareat, eum ſolviſſe, licet ſolenni apochâ deſtituatur *l. 2. §. un. ſup. de quadr. præſcript.* puta quia eam vel amiſit, vel nondum accepit. *Pacius in anal. d. tit.* Quod non item eſt in procuratore privati, ad exigendum & recipiendum conſtituto. *l. 4. ſup. de Novat. Bl. ad d. l. 2.* Nec item in fiſcali debitore: Is enim non liberatur, utcunq; in rationes publicas relatum ſit, eum ſolviſſe, niſi tabularius apochis ſubſcripſerit. *l. 2. ſup. de Conven. fiſci debit. Pacius epit. Iuris, diſp. 34. §. 26. n. 14. conſ. tamen declarat. Peregrin. lib. 6. tit. 7. n. 20.*

XXV.

Tùm aliorum.

Neq; (3) convelli poteſt haſtæ fiſcalis fides ab aliis extra emtorem & venditorem; *Gail. 2. de PP. cap. 19. n. 10. ibi contrahens cum fiſco, a nemine moleſtari, ſed omnium tutiſſimus eſſe debet per ibi alleg.* Non (1) à debitore ſeu rei venditæ domino, qui nec auctoritate reſcripti, nec patrocinio ætatis infringere venditionem ullo tempore poteſt. *l. 5. h. t.* Nihil enim hîc refert, majorne ſit an minor, cujus bona, ob debitum, à fiſco veneunt. C. *I. A. de contrab. emt. th. 5.*
Q. *n. 15. f.* Quod tamen Dd. ita exaudiunt; ſi minor indefenſus non fuerit: *quam limitationem ex l. ult. ſup. ſi propter publ. penſit. addendam eſſe dictæ legi 5. notat. Gothofred. ad d. l. ult. poſt Cujac. ad l. 5. h. verſ. perpetuo, Sichard. ad l. 1. ſup. ſi propt. publ. penſit. n. 8. Peregrin. d. tit. 4. ubi docet, quemadmodum tutores & curatores ad ſubhaſtationes citandi ſint.* Quod ſi abſente tutore vel curatore bona diſtrahantur, reſcindi volunt venditionem. C. *I. A. de reſc. vendit. th. 4. n. 13. Diſſ. videtur noviſſimè Berlich. 1. deciſ. 113. uti colligere licet ex adjuncto reſponſo ICtorum. L. ibi:* Dieweil wegen drangſeliger Schulden/ auff vorgehende erkandtniß der Obrigkeit/ nach dem gedachtes Gut

Gut in dreyer Herren Landen außgeruffen/vnnd gebürlichen ſubhaſtirt geweſen; ſolcher Kauff vollzogen worden; ſo ſeind erwehnter Vnmündiger vnd ſein Vormund die reſtitution in integrum, darwider ſich zugebrauchen nicht befugt. (2) Nec convelli ea venditio poteſt ab agnato aut aliis qui jus retractûs quocunque ſub titulo in prædiis venditis prætendunt. *Peregr. d. tit. 4. n. 19 vide Berlich. 1. deciſ. 98.* quemadmodum generaliter in venditione neceſſariâ jus retractûs ceſſare, ſcribunt *Dd. allegati à Berlich. 2. Concluſ. 39. n. 65. & à C. I. A. de contrah. emt. th. 30. n. 4.* Tandem (3) nec à creditore alio, qui jura hypothecæ in re diſtractâ prætendit. *C. I. A. d. loc. th. 5. n. 15. f.* etiamſi reſpubl. ſit. *l. 2. inf. de debitor. civit.* Tametſi enim aliàs creditor talis, ſcientiâ & taciturnitate ſuâ ſibi non præjudicet, *per text. & rationem l. 8. §. 15. quib. mod. pign. vel hypoth.* attamen hoc caſu omninò ſibi præjudicat in jure ſuæ hypothecæ anterioris. *l. 1. ſup. ſi propt. publ. penſit. l. S. ſup. de remiſſ. pign. Peregr. n. 20.* Generale enim eſſe perhibent in omnibus caſibus, ubi certæ proclamationes requiruntur, ut poſt res ſolenniter venditas, ampliùs nemo audiatur, ſed ſuo jure privatus cenſeatur. *Blar. ad L. diffamari. cap. 2. n. 1.* Sanè ſi hereditatem debitoris ſui fiſcus vendat, æs alienum ad emtores bonorum pertinere reſcriptum eſt à Severo & Antonino, *in l. 1. ſup. de hered. vel act. vend. ubi C. A. n. 13. Peregrin. d. loc. n. 30. (niſi malimus eam L. accipere de hereditate vacante, veluti l. 41. d. l. F. quâ de re mox dicetur.)*

XXVI.

Pleniſſimam verò omnium ſecuritatem & firmitatem emtoribus fiſcalibus tribuit poſt alios Pp. *d. l. 2. inf. de debit. civit.* Imp. Zeno Conſt ſuâ. *in l. 2. C. de quadr. præſcript.* confirmatâ & productâ ulteriùs ab Imperat. Juſtiniano *in l. 3. eodem §. f. I. de Vſucap.* quibus placuit, ut, ſi maximè rem alienam fiſcus vendiderit, attamen ea emtori evinci non poſſit, nec adeo ullus adverſus ipſum motus ſuſcipi: ſed intrà quadriennium domino contrà fiſcum experiundum ſit. Enimverò Dd. variis modis eas Conſt. reſtringunt: Ve-

jure creditoris, tanquam ex debiti causâ ſibi obligata diſtrahat. *Cujac in recit. & parat. ad d. tit. ſup. de q. p* (*per neſcio quam l. 1. tit. 37. niſi vel l. ult. C. ſi adv. fiſcum. lib. 2. tit. 37. vel l. 1. d. q. p. accipimus*) Hoc n. caſu. ſi res aliena ſit, emtore n non ſtatim ſecurum eſſe *Bl. ad. d. l. 2.* nec præjudicari domino in jure ſui dominii, ſed eum rem ſuam ab illo emtore vindicare poſſe, ſtatuunt, *Peregr. d. tit. 4. n. 18.* Et ab hac communi receptaq; opinione divortium facere religioni duco (2) I. Pacius *in anal. dd. text. de quadr. præſcript.* reſtringit ad emtorē rerum particularium: Namq; emtorem hereditatis, non ſolum à creditoribus hereditariis, *l. 1. ſup. de hered. vel act. vend.* ſed & utili hereditatis petitione conveniri poſſe contendit. *per l. 13. §. item ſi quis à fiſco. De hered. petit.* Verùm huic textui derogatum eſſe per dd. Const. rectiùs ſentit Cujacius *poſt alios ad d. tit. de quadr. præſcript.* Interea ipſe Cuj. hanc (3) dictæ Conſtit. Zenonis addit limitationē, ut ſecuritatem tùm demùm præſtet emtoribus, quando adverſus eos agitur de dominio vel hypothecâ, non cum de ære alieno *per dict. l. 1. ſup. hæredit. vendit.* (*quod vix eſt ut verba d. l. 2. patiantur: ut rectius forſan alii, eam quoq; legem, ſi quidem illius iſte ſenſus ſit, abrogatam exiſtiment, Gothofr. ad d. l. 1.*) vel de ſtatu *l. 5. ſup. de liberal. causa* controvertitur. Sed hoc aliam quoq; rationē habet. (4) Nonnulli dictam conſtitutionē etiam reſtringunt ad rem, quę non ſit fiſco cum alio communis: tùm enim domino adverſus emtorem integram fore actionem aſſerunt. (*Contrarium meritò arridet Vult. 1. Iuriſpr. R. 35. n. 30. v. ſup. th. 14.*) item (5) ad rem quæ nō ſit earum perſonarum, quæ ex juſtâ causâ reſtitutionem merentur, veluti minorum *v. Pacium poſt veteres in anal. d. l. ult. ſi adverſ. fiſcum*, & aliorum qui juſtas abſentię & reſtitutionis cauſas allegant, etiam poſt quadriennium. *per l. 5. ſup. de reſtit. militum.* Quod intelligo cum *Peregr. d. tit. 4. n. 17. f.* ut emtor quidem ſecurus maneat, minor v. ad pretii reſtitutionem adverſus fiſcum agere poſſit. *conf. Fach. 9. controv. 18.* Reſiduæ dd. Coſt. limitationes, (quas poſt Duen. *regul. 238. n. 19. collegit Peregr. d. loc. n. 18.*) pleræq; otioſæ ſunt & ex requiſitis ſuprà præmiſſis, itemq; ex iis quæ mox dicentur, nullo negotio dijudicari poſſunt.

XXVII.

Contraria

Verum enim verò, effectus iſte, quantuscunque tandem defini-

finiatur, ceſſat, ſi ſuperiora omiſſa fuerint requiſita, atq; ut in ſimili loquuntur Impp. in *l. 1. ſup. de præd. decur. ſ.d. n. a.* infirma eſt venditio, ſi præmiſſa forma fuerit neglecta: Nempè ſi (1) venditio non fuerit facta, fiſco auctore. *l.5.6.h. v.ſup.th.4.* Si (2) facta fuerit de re, cujus alienatio prohibita eſt. *v. ſup. th.* 12. Si (3) nullum ſubfuerit debitum; & ita cauſa venditionis deficiat. *ſup.th.* 13. Cum enim nullum jus vendendi habuerit fiſcus, nec ullum transferre potuit in emtorem *arg.l.quæro.100. ſolut. Peregr. d. tit.* 4. *n. 4. & 29.* quamobrem, ſi res evincatur, tenetur eo caſu fiſcus emtori ad ſimplum (*non ulterius, ſi maxime duplum vel triplum promiſerit C. I. A. de Evict. th.6.n.14. & de I. F. th.34. n. 1.*) atq; huc refero *l. 5. pr. de I. F.* (*aliter Don. 5. com. 3. iterumq; aliter in notis Hillig. ib. lit. D.*) Quin & ſi debitum ſubſit, Debitor autem prædium alienum fiſco obligaverit, idque venditum fuerit, emtor ſecurus non eſt de Evictione *l. 1. ſup. Creditor evict. pign. non debere.* Sed ipſe obligatum habet iterùm debitorem, cui ſolutio pretii proficit, perindè atq; ſi ipſus ille vendidiſſet. *l.13. ſup. de Eviction. C. I. A. ib. th.6. n. VIII. ubi v.* Itaque forenſes referunt, procuratores hanc ob cauſam in praxi emtoribus obligare in caſum evictionis, non tantùm bona debitoris, ſed & Cameram ipſam; & promittere in omnem eventum, quod emtor de poſſeſſione ſuá extrahendus non ſit, antequam pretium cum expenſis & meliorationibus ipſi fuerit refuſum. *Peregr. d. tit.4. n. 37. f.*

XXVIII.

(4) Infirma eſt venditio, quæ prætermiſsâ haſtarum ſolennitate, neque omni ordine peracto celebrata fuerit: *l. 1. h.* Nam quæ vel in formâ vel tempore ſubhaſtationum requiruntur, omninò ſervanda ſunt: aliàs, ſi contra fiat, ipſo jure nulla eſt venditio & irrita. *Bl. in l.3.C. de execut. rei judic. n.6. Farin. deciſ. Rot. Roman. 247. n.3.f.* Forma enim à L. tradita cenſetur eſſe de ſubſtantiâ actûs formati, ita ut eâ formâ omiſsâ, actus ſubſiſtere non poſſit. *v. Riccium*

vata, facto vendentis fiſci procuratoris, vel etiam præconis, quia fortè horum aliquis peregrè abiit, vel morbo aut aliâ causâ ſonticâ fuit impeditus, *vide apud locupletiſſ. illum Iuris promum condum M Berlichium, maximum ſtudioſorum omnium fautorem. 2. deciſ. 195. & conſ. ſup. th. 17.*

XXIX.

Q. (6) Ratione pretii, ſi illud emtor nondum ſolverit, vel ſi maximè ſolverit, minore autem ſummâ res venerit, quam ſit debitum fiſcale, & reliquum tor ſolidum debitum fiſco offerat, reſcindi poteſt venditio, ut ſingulariter deciſum eſt in *l. 9. de Reſcind. vendit.* fortè quia & præſens pecunia *v. ſup. th. 9.* & ea quanta poteſt ex re ipſa redigi maxima, deſideratur, (quò debitum fiſcale totum, quatenus fieri poteſt, diſſolvatur) ad hoc ut firma & irrevocabils maneat

Q. venditio. *C. I. A. de reſcind. vendit. th. 5. n. 15.* Unde hoc caſu, quo de fiſci indemnitate agitur, non dubitem affirmare *l. 2. C. de reſcind. vendit.* locum habere: Aliter atque ſi fiſcus debitum plenè conſecutus ſit, aut ſi rem non ſibi obligatam, ſed ſuam vendiderit. (*per ea quæ habet Peregr. d. tit. 4. n. 9.*) aut ſi emtor vel debitor (*præſuppoſi-*

Q. *to ſc. eo cum A. Pinello ad d. l. 2. p. 2. c. 2. n. 1. quod actio illi, ſaltem utilis, ad reſcindendum competat*) vel alius qui in damnum ſuum venditio-

Q. nem cedere contendit (*ead. hypotheſi admiſsâ*) beneficio dictæ L. velit uti: de qua re mox dicam.

XXX.

Itemq; (7) ſi apertâ fraude emtoris (qui occultis molitionibus, per ſuppoſitas fraude perſonas rem egit, *ut l. 1. ſup. de præd. decurion. c. d.*) vel gratiâ colludiô & conniventiâ, (*ut in ſimili loquitur Imp. Leo l. ult. inf. de vend. reb. civit.*) procuratoris fiſci, (aut alterius, qui diſtraxit:) prædia fiſco obligata minori pretio veniſſe probentur, Imp. Gordianus ea, debitam quantitatem inferenti debitori juſſit reſtitui. *l. 3. C. de l. F.* (*cujus argumentum vulgò non benè conceptum exiſtimo, de venditione in fraudem fiſci*) Neque enim utilitatem fiſci ſui cum fraude & diſpendio privatorum auctam cupit idem Imp. *l. 2. h.* (*quo ſenſu recepto, tolerari quoq; poteſt vulgata lectio, in voce Utilitatem pro quâ Cujacius ſubſtituit Inutilitatem*) dummodò aliter, vel per debitæ quantitatis illationem indemnitati

mnitati ejus conſulatur. *d. l. 1. inf. & d. l. 2. ſup. ſi propt. publ. penſ.* quomodo boni Impp. non uſque contumaciter adſuêre fiſci utilitatibus: *ut verbis Plinij utar Paneg. c. 41. conf. l. 10. d. I. F. Gail. 1. O. 114. n. 5. & 6.* Itaque reſcindendã eſſe dico hujuſmodi fraudulentam venditionem vili pretio factam, licet id dimidiã juſti pretii parte minus non ſit, *cum C. I. A. de Reſc. vend. th. 4. n. 13. per jura ibid. alleg. adde d. l. 1. ſup. de præd. decur.* & debitori debitum inferenti, reſtituendas eſſe res venditas, cum fructibus m. f. perceptis & percipiendis *l. 1. h. ubi Dd. Munoz. ab Eſcab. de ratiocin. cap. 16. n. 23. (ubi ſcribit etiam juramentum in litem contrà ejuſmodi m. f. emptorem locum habere)* nec ipſum tamen debitorem (qui intrà legitimum tempus rem vindicat,) pretium, quod pro vitioſo contractu datum eſt, reſtituere cogendum. *l. 1. ſup. de præſcript. 30. vel 40. ann.*

XXXI.

An verò idem dicendum ſit, in præſumtâ fraude quam prag matici ex immodicâ læſione inducunt, adeoque an hoc reſpectu, in ſubhaſtationibus fiſcalibus, remedio *d. l. 2. C. de reſcind. vend.* locus ſit, non inter diſputantes ſolum *v. Gomeſ. 2. var. reſol. 2. G. Pap. q. 22. n. 3. f. Fachineum 2. controv. 21. A. Fab. 10. Error. prag. 8. & 9. &c.* ſed & inter decidentes curias & judicia, controverſum eſt. *v. A. Fab. C. de Reſc. Vend. Defin. 4. Ioh. Maurit. de integr. reſtit. c. 375. n. 1.* Ego locum eſſe in his terminis negabo, per ea quæ habet Berlichius. *1. deciſ. 126. ubi reſponſum facultatis Iuridicæ L. ſubnectit, quod ita habet:* Demnach aber erwehntes Gut in dreyer Herren Landen außgeruffen/ feil gebotten/ vnd offentlich ſub haſtâ verkaufft/ auch darauff gerichtlich adjudicirt worden/ vnd ſolche adjudication krafft rechtens erreichet; ſo hat auch / nach gemeinen vnnd bewehrten Schluß der Rechtslehrer das *beneficium, l. 2. C. de Reſc. Vendit.* dißfals nicht ſtatt/ ꝛc. Q.

XXXII.

Tandem affinium loco attingi poſſunt eæ venditiones, quæ pa Affinia.

Diſtinctio enim erat rerum Principis in fiſcales & patrimonial[...] plerique ad dd. textus annotant. *v. Buleng. lib. 3. de Imp. Rom.* [...] *Pacium Iſag. in Cod. lib. 11. tit. 61. n. 1.* (2) Eod. modo alienati[...] à ſereniſſimâ Auguſtâ & in genere omnes ab aulà procedentes [...] ulla inquietudine jubentur permanere. *d. l. 3.* Quod & hodiè di[...] dum erit (3) de venditionibus fiſcalibus eorum Statuum, qu[...] fiſci jura communicata ſunt. *v. Weſenb. parat. in quib. cauſ. pign[...] hypothec. n. 5. & de I. F. inf.* Earum autem civitatum quæ jura [...] non acquiſiverunt, venditiones, tametſi itidem certâ ſolemni[...] peragantur & ſtabiles eſſe jubeantur. *l. ult. inf. de vendend. reb[...] vir.* tamen diſertè à fiſcalibus venditionibus ſeparantur. *l. 1. e[...] ſup. th. 17. & 21. & quæ notat. Gothof. ad l. 4. h. lit. D.* Quemad[...] dum (4) & aliæ ſubhaſtationes publicæ, quæ de cauſâ fiſcali [...] ſunt, ab iſtis diſcretionem merentur. *v. Giſan. in explanat. d[...] LL. Codic. ad l. 2. de Reſc. vendit. p. 309.* Tandem (5) adnecti e[...] aliquid poterat de addictione agrorum deſertorum, quæ fiebat [...] cenſitorem aut peræquatorum, de quâ in *l. ult. inf. de cenſibus. & t. t. de omni agro deſerto l. 5. de fund. patrimonial.* ſed vereor, n[...] ratitlorum cancellos præcipitatâ commentatione tranſiliiſſe [...] dear: Ergò manum de tabula, ubi primùm appoſuero iſtud

Παρακολέθημα.

Definiri fortè poteſt ex præmiſſis, caſus hic tempeſtate [...] infrequens: ſi proponatur Titius ingraveſcente indies peric[...] rum bellicorum metu è civitate diſceſſiſſe, ideoq; à Senatu pr[...] cognitione decretum, omnia ipſius bona in commiſſum incid[...] & deſuper illius prædium Cajo venditum, quod ipſe ex titu[...] b. f. per decẽ annos poſſederit; Jam Titius deſidentibus in ea[...] te bellorum motibus, reverſus, ex c. redintegranda 3. q. 1. præd[...] ſuum recuperare intendat. Putarunt nonnulli reſcindendam venditionem, & Titio prædium reſtituendum, ſalvis emto[...] adverſus ſenatum actionibus. Quibus ægrè adſentior.

Gloria *ſit* ſoli, *quo cæpimus auſpice curſum*
Et metam attigimus, proſperitante, Deo.

Cum vacuam extremæ pagellæ faciem alteram deprehenderem, ſubitè veſtigiô, ejus explendæ causâ, nonnulla currenti prœlo ſubjicere

ἐπιβλήματα

I.

QUando artes mathematicæ Coſt. quibuſdã inter venificia referunur & artes vetitas: pleriq; eas accipiendas eſſe dictitant de mathematicis, qui prætextu artis magiam aut præſtigias ad exitium & injuriam hominum exercent: Ego aliam ſubeſſe cauſam reor dd. Coſt. procatarcticam.

2. L.12.§.2.de Accuſat. *haut uſq; adeò pugnat cum* l.16.C. de his qui accuſ. non poſſ. *ut vel mendum illi imputare, vel abolitam eam dicere, vel de conciliatione dd. ll. planè debeamus deſperare.*

3. *Ex nævis Octodecim, quos non obſcurus autor politiſſimo Inſtitutionum corpori inflixit, nullus talis eſt, qui non facili ſpongiâ poſſit aboleri.*

4. *Q. ſi in bello miles hoſtem ſeſe nullâ aliâ ratione dediturum, recipiat ſub pactione vitæ ſervandæ,* wañ er jhm *quartir* zugeben zuſaget / *nunquid eam promiſſionẽ ratam habere Imperator belli teneatur? N. Serres. in Henrico M. de A.1602. V.*

5. *Majoratũ in pecuniâ quoq; conſtitui poſſe, nullus ambigo.*

6. *Cautela in promptu eſt, quâ famoſiſſ. L. diffamari remedium facilè eludi poteſt à diffamante.*

7. *Cui per ſententiam injunctum eſt, ut inſtrumenta vel edit vel juret, quod ea dolo non deſierit poſſidere,* daß er ſie in ſeine Gewähr nicht bracht / noch betrüglicher und gefährlicher weiſe von abhänden kommen laſſen: *non poteſt neceſſi-*

Ad Clariſſ. Virtute, & doctrina Virum Dn. Joh. Ottonem Thabor. J. U. Candid.

TAm mihi jucundum eſt, hoc uti mentis aceto,
Quam ſcio te vulgi ſpernere ſenſa vagi.
Sæpe mihi moveo ſecretos ipſe cachinnos.
Namq; hominum mores quis ſine ſplene notet?
Vſq; adeo inverſo Mundi hæc rota vertitur orbe:
Vſq; adeò miſerè fæx hominum iſta ſtupet!
Non tamen hos citius crabronum adverto ſuſurros,
Quam ſi te talem mittat Hymettus apem.
Nec melius tantas obſervo nauta procellas,
Quàm ſi has in medio cerno mari Halcyonas.
Non tibi bullatis turgeſcunt viſcera nugis:
Néve ſupercilio frons caperata riget,
Quale tenet torvos per pulpita vana magiſtros;
Quale etiam aut ſceptrum, aut purpura laxa facit,
Aut belli precium, aut auri conraſa facultas.
O fermentum hominum! O plebis inane decus!
Nil te tale inflat: mens te ſublimior urget,
Et, propior divis, longè alia uſq; vides.
Nec tibi ſat fuit ingentes evolvere Baldos,
Et quicquid Iuris Amphitheatra tenent.
Nec ſatis, ad mentem componere Principis aures:
Et quicquid Charitas conciliare ſolent.
Vna tibi pietas cordi fuit unicè. & uſq;, Thabor Hebræorum
Sic ut dicaris non ſine mente Thabor. puritas ſonat Latinis.
Namq; tibi hoc quondam nomen conceſſit Hebræus,
Vt te nempe idem diceret eſſe, quod es.

Semper florentis amicit. teſtim. dedit

Joh. Nicolaus Furichius, Med. D. & P. C.

FINIS.